



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Disputatio Secunda. De Peccatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

DISPUTATIO SECVNDA,

De Peccatis.

QVÆSTIO I.

Utrum habens voluntatem perpetrandi, omnia peccata venialia, sola vitandi mortalia, graviter delinquat?

Non peccare mortaliter docent non pauci, quorum sententiam probabilem putavit Antonius de Escobar tom. 1. Theolog. Moral. lib. 3. sect. 2. cap. 8. problem. 1. fol. 83. quia contrariam, quam sequitur, probabilior vocat: renuit dicere certam, & merito, quia opposita plures doctissimos patronos habet. Eam tenet unus pro mille Illust. & Rever. P. M. Acacius de Velaico tom. 1. resol. moral. resol. 188. n. 4. ubi contra Sanchez lib. 1. Decalogi, cap. 5. & contra Bonacinam disp. 2. de Peccatis, q. 3. punct. 5. nu. 13. asserentes, voluntatem committendi omnia venialia esse peccatum mortale, si inquit: Lo contrario tengo por mas verdadero, porque aunque los pecados veniales disponen para los mortales, pero por ellos nunca se dispone proximo; &c. Este parecer tiene tambien Castro Palao tom. 1. tr. 2. disp. 2. p. 9. §. 3. y lo prueba con muchas razones. * Sic bi, & faver Sylvestri M. Sacri Palatii verb. Peccatum, q. 4. ubi inquit: * Utrum peccatum veniale possit fieri mortale? * Sic responder. Petrus de Palud. interdict. quod illud, quod secundum se ex suo genere est veniale, potest fieri mortale huic, vel illi, quod verum est quatuor modis prædictis: non autem eo modo, quo dicit Glossa, scilicet, qualis ipse contempnus, & vilipensio venialium sit mortale, nisi forte in Religioso, qui tenetur habere propositum proficiendi, quia nullibi est præceptum, quod sit eam curam habeamus, sed consultat tantum. * Sic ille, & bene quoad rem principalem; sed malè, & falso quoad id, quod addit de consilio, cum verè sit de præcepto sub veniali, cura vitandi venialia. Accedit M. Corradus 2. p. resp. q. 494. ubi quærens, an qui vult permanere obstinate animo in peccato veniali, & in illo mori, possit salvari? inter alia, quæ pro parte affirmativa, quam tueretur, adducit, hæc habet: * Quod autem voluntas obstinata peccandi venialiter non sit mortale, nec excludat à regno celorum, sed in purgatorio purgetur, expressè habetur ab ipso Sancto Doctore loco citato, q. 7. de Malo circa finem undecimi articuli. * Si igitur voluntas obstinata peccandi venialiter non est mortale: cur tale erit nullum veniale vitandi? cum hæc non magis dissonet, quam illa. Et ideo in terminis ita expressè tenent Joannes Franciscus Giragus de Regimine p. 3. dub. 44. concl. 1. & P. Oviedo 1. 2. contr. 3. tr. 6. punct. 6. num. 81. Granado, Palao, Gaspar Hurtado, Diana, Machado, Ludovicus à Concept. & alii infra citandi.

2. Hujus doctrinæ (quæ mihi est probabilior) ratio à priori est, quia nullum vitare veniale, sed omnia occurrentia committere non est peccatum mortale, ergo neq; voluntas nullum vitandi. Consequentia videtur legitima, quia malitia actus desumitur ex objecto.

Part II.

3. Non melater, Illust. Archiep. Hisp. M. Petrum de Tapia in sua Catena Mor. lib. 3. q. 17. art. 9. qui oppositam defendit sententiam, præfato argumento respondere: * Propositum committendi omnia venialia, quotquot se obtulerint, esse mortale peccatum; non quidem propter ipsum objectum præcisè sumptum, nam omnia venialia simul collecta non habent secundum se, nisi venialem malitiam. Cæterum continent in illo universali proposito proximum periculum peccandi mortaliter. *

4. Verum hoc fundamentum solidum non est, quia proximum periculum ab illo proposito separabile est. Quapropter M. Dominicus de Soto in 4. dist. 15. q. 2. art. 1. §. Hic advertendum est, illi omnino non est fidus; ideo quæ ausus non est determinare, esse peccatum mortale. * Non audeam, inquit, ad peccatum mortale condemnare, nisi forsan ratione imminentis periculi, dum omnia venialia contemnerentur; nam ut ait in Regula Augustinus, qui minora contemunt, in majora paulatim defluunt. * Sic M. Sotus Sed ex ratione, qua utitur, planè colligitur, in proposito aliud periculum non agnovisse, præter illud, quod invenitur in exercitio contemnendi minora, & proximum, & remotum potest esse, ut ex dicendis magis constabit. Et sanè, ut bene advertit P. Salas 1. 2. tom. 2. tr. 13. disp. 26. nu. 84. Auctores non insistantur, propositum illud absolutum sæpe esse peccatum mortale, ratione periculi, sed eo semoto, per se loquendo, mortale non esse contendunt, sicut neque ipsam frequentiam, & vilipensionem venialium: licet aliquando ratione periculi proximi peccatum mortale sit. Ita quæ questionis difficultas in hoc uno cardine vertitur: An voluntas nullum vitandi veniale imbibat, per se loquendo, periculum proximum peccandi mortaliter? Affirmat M. Tapia, ut vidimus.

5. Sed quidem ex nullo capite, illud involvere, tenent, ultra M. Acacium de Velaico, Sylvestrum, & alios supra citatos, Gaspar Hurtado 1. 2. tract. de Peccatis, disp. 3. diff. 6. Diana 3. p. tr. 6. Mife. resol. 24. & cu. n. Granado, & aliis Machado tom. 1. lib. 2. p. 1. tr. 1. docum. 5. fol. mihi 168. ibi. * Si el que està con intencion de cometer todos los pecados veniales, que se ofrecieren, peque mortalmente? Sanchez, y otros graves autores juzgan, que si; porque el que quiere cometer todos los pecados veniales se expone a pelgro de cometer algun mortal. Si bien la parte negativa de fienden el docto Granado in 1. 2. contr. 6. de Peccat. tr. 2. disp. 2. sect. 7. Palao tom. 1. tr. 2. disp. 2. punct. 9. §. 3. nu. 5. y Diana la juzga por mas probable. Fundanse en que cometer todos los pecados veniales, aun quando esso fuera possibile, no fuera pecado mortal, porque por el mismo caso que son pecados veniales, la ofensa de suyo viene a ser venial, y no mortal. * Quando doctrina videtur aperta D. Thomæ 1. 2. q. 88. art. 4. ubi disputans, * an peccatum veniale possit fieri mortale? * Ad primum argumentum desumptum ex auctoritate D. Augustini, dicentis: * Peccata minima, id est, venialia, si negliguntur occidunt. * Responder: * Dicendum, quod Augustinus loquitur in illo sensu, quod multa peccata venialia dispositivè causant mortale. * Quod de dispositione remota, & de periculo remoto intelligunt communiter Doctores, alàs consuetudo venialium esset mortalis, si quidem esset periculum proximum peccandi lethali, quod est falsum, & contra D. Thomam ubi supra, qui semper negat, collectionem venialium esse mortale, solumquæ admittit, ad illud disponere: dicere autem debuisset, consuetudinem ipsam peccandi venialiter esse peccatum mortale, si periculum proximum, per se, involvere sentiret.

Ss 2

6. Eam-

ne, inducere ad peccatum veniale, quam corporaliter occidere, quia illud majus homini detrimentum est, quam mors corporalis, quod negat Vasquez cum communi Doctorum.

14. Aliam solutionem invenies apud Sanchez lib. 1. de Matrim. disp. 5. nu. 25. ubi contra Navarrum asserentem, eum qui promississet liberaliter unum sacrum animo se obligand, peccatum mortaliter, si omittat, eo quod detrimentum spirituale ex omisso sacro, est magnum, gravius quæ quocumque temporali, sic scribit. Sed rigida, & minus vera est opinio: non enim damnum spirituale conferendum est cum temporali, aliis promittens semel oratione Angelicam, & omittens peccaret mortaliter, & similiter consulens veniale: damnum enim illatum ex omissione illius orationis, & ex veniali admissio, cum spirituale sit, antefertur cuiusque temporali. Quare ad judicandum, an sit damnum grave, conferendum est temporale cum temporali & spirituale cum spirituali. * Hæc Sanchez, cui consentit Fagundes in quinque præcep. Ecclesiæ præcep. 1. lib. 3. cap. 8. n. 12. & sequentibus. Cæterum hæc solutio, niad præcedentis fundamentum referatur, difficultatem non evacuat, cum nulla congrua reddatur ratio, cur damnum spirituale cum temporali comparari non debeat, ut inde eius gravitatem appendere possimus.

QVÆSTIO II.

Utrum in re venerea detur paritas materiae?

1. Patrem affirmativam teneunt Joannes Sanctius in Selectis, disp. 21. nu. 19. in fine, & n. 25. Navarrus cap. 3. qui de Peccatis, disp. 1. n. ult. Villalobos, & Malderus: & faciunt Freitas, Miranda, & alii, quibus citatis subscribit Caramuel in Regul. S. Benedicti, disp. 69. n. 1502. & Basilæus in floribus, verb. Luxuria, num. 19. apud Caramuelem in Theologia Fundamentali, fol. mibi 595. nu. 1213. dicens: * Ubi levis quædam distillatio, & spirituum commotio procuraretur, excusaretur à mortali id procurans ratione parvitatis materiae, cessante pollutionis periculo. * Thomas Hurtado tom. 1. variar. Resol. tract. 4. cap. 8. resol. 35. num. 399. ubi ait: * Negari non potest, valde probabile esse, dari parvitatem materiae in rebus venereis, & pluries id repetit resol. 65. §. 2. num. 922. & §. 3. num. 932. & 934. & 935. ubi sic: Ut autem id, quod sentio, dicam, supposita sententia probabilis, quod detur paritas materiae, tum in materia luxuria, tum in materia sollicitationis, &c. * Porro in addit. ad Dybia Regularium, verb. Sollicitare feminas, num. 4. ubi sic: * Habet hic locum ad excusandum parvitatem materiae, sicut & in omni alia materia. Unde si Confessor dicat Leminae verba levia, vel aliud signum, vel opus leve faciat indicativum amoris lascivi, quæ verba ad iudicium prudens viri, nec sint peccatum mortale, nec sufficientia ad persuadendum, credo, quod talis Confessor non sit accusandus. * Quos sequitur Marchantius in Horto pasc. cap. 6. respons. 13. ubi de osculis loquens, inquit: * Si hanc in transitu, licet voluptas aliqua capteretur, &c. posse secundum opinionem multorum veniale id judicari, ob parvitatem materiae. *

2. Eandem sententiam defendunt M. Soto de Doctrina Christiana, fol. 26. M. Samuel Lublinus in Sum. verb. Osculum, nu. 3. ubi ait: * Inter solutos, quamvis ejusdem sint sexus, mortale crimen est osculari, &

tangere ob solam veneream delectationem ex humilimodi actibus confluentem, nisi parvitas materiae excuset, * M. Zanardus in Direct. 1. part. de Sacram. Matrim. cap. 41. §. 28. ubi inquit: * Oscula, tactus, & verba obscena non erunt mortalia inter solutos ex parvitate materiae, vel consensus, quia levis est tactus, vel parva distillatio. * Pro eadem militat Illust. ac Rever. P. M. Arauxo Episcopus Segoviensis, ut testatur Diana part. 7. tract. 11. resol. 28. ubi alios Autores citans, concludit: * Hanc etiam sententiam, quod videlicet in rebus venereis detur parvitas materiae, præter Autores à me alibi citatos, tenet novissimè contra me nominatim insurgens sapientissimus M. Franciscus Arauxo Dominicanus, sacre Theologiæ professor in Academia Salmanticensi in suis eruditissimis commentariis in primam secundæ D. Thomæ. * Sic Diana: quam sententiam probabilem putat Bonacina de Matrim. quæst. 4. punct. 8. nu. 17. quia contrariam, quam sequitur, tutiorem vocat. * Secunda sententia, inquit, affirmat, dari posse parvitatem materiae in re venerea. Ità Armilla, Navarr. Sanchez. In praxi tamen tutior est, & consulenda prima sententia. Et infra: * Ex dictis colligitur secundò, tutius esse in praxi asserere, quamlibet distillationem seminis voluntariam cum carnis commotione esse peccatum mortale, ut patebit ex dicendis punct. 10. num. 13. * Sic Bonacina, quibus opinionem, quam deserit, probabilem censuisse satis constat: quapropter pro illa eum adducit Basilæus ad supra, cujus fide, illum citavit Amadæus in opusculo tract. de Peccatis, prop. 3. nu. 3. sicut & Diana, Magistrum Arauxo verbis supra datis.

3. Sed ut minus bonam Vincentii Baronii, amice lector, non mireris, illius in Amadæum stomachum ribi aperiam, quem infidelitatis redarguens, sic impetit disp. 1. sect. 1. fol. 27. * Ex duobus (inquit) agnosce, quæ fide reliquos citet. Bonacina laudat quæst. 4. de Matrim. quo loco nil ad rem, &c. Quod verò refert ex Diana, contra se nominatim insurrexisse Franciscum Arauxum Dominicanum ex primo Salmanticensi professore factum Episcopum, quod videlicet, in rebus venereis negaret parvitatem materiae, hoc omnem fidem superat, &c. Ab Arauxo fuisse hæc de causa Dianam nominatim impugnatum, in hac ferè unica controversia, D. Thomam sequutum, & quæ credat de assertore D. Thomæ acerrimo, & fidelissimo discipulo! *

4. Verum satius fuisse Baronio fidem Dianæ viro eruditissimo non denegasse, quam invidiam, tot in illum verborum strepitu, & jactantia, sibi conflasse: de mente Bonacinae dixi satis, de sententia discipuli D. Thomæ dubitare non licet. Legas quæso Magistrum Arauxo 1. 2. quæst. 74. art. 10. dub. ultim. num. 52. fol. 388. in editione Salmantina, anno 1638. & luce meridiana clarius invenes, Dianam, loco ab Arauxo citato, nempe 4. part. tract. 4. resol. 36. parvitatem materiae in re venerea cum D. Thomæ denegare. E contra verò Magistrum Arauxo, etsi acerrimum, & fidelissimum D. Thomæ discipulum, Magistri opinionem in hac parte deseruisse. Legas, rogo iterum, Magistrum Arauxo loco supra citato, ubi postquam limitationem quandam laxiori aliorum opinioni, à Diana adhibitam, approbavit, sic ait: * Quam limitationem, & cautelam libenter admittimus: (attende) sed non illam, quam ipse respuit, nimirum non esse admittendam in hoc genere peccati, scilicet, libidinis, parvitatem materiae excusantem à mortali culpa. Mirum namque esset in omnibus aliis generibus peccatorum, scilicet, sacrilegii, mendacii, injustitiæ, furti, &c. dari parvitatem materiae, &

non in genere libidinis, ut statim dicemus. * Et infra §. *Secundum* est, de oculis loquens, sic scribit: * Possunt ejusmodi tactus esse leves, & leviter habiti, & tamen eorum delectatio per se intenditur ab operante, & aliàs sit turpis, & libidinosa, tamen est modica, & levis materia in genere turpis delectationis: sed in aliis generibus peccatorum mortalium, ex objecto modica, & levis materia excusat actum à culpa mortali, ergo pariter in nostro casu. * Haec enim M. Arauxo Episcopo Segovienfis. In cujus sententia duo expendo. Primum expressè admittere parvitatem materiam in re venerea. Secundum non solum exulare à lethali tactum manus, & leviores alios actus ob delectationem veneream directè intentam, ratione parvitatis materiae, sed etiam oscula leviter habita propter delectationem turpem, & libidinosa ex illis confurgentem.

5. Adhuc alii, absolute loquendo venerunt de delectationem, quæ ex oculis confurgit, et si directè intentionem, non refunderem malitiam gravem, deficienter finitæ alia intentione, qualis esset, si haberentur ob delectationem copula, vel aliarum specierum luxuriz. Cujus sententiæ fuerunt Martinus de Mag. str. & Gabriel, apud Sanchez de *Matrim. lib. 9. diff. 46. n. 6.* qui pro hac sententia refert etiam M. Umbertum quintum Generalem Ordinis Prædicatorum in *exposit. Regula D. Augustini, cap. 7. sexta pars de castitate*, & M. Chrylostomum Jabellum *lib. de Philosophia Christiana 2. part. tract. 7. cap. de impudicitia, nu. 20.* Quos sequitur M. Petrus de Ledefm. in *Sum. 2. tract. 7. cap. 19. conclus. 4. ubi sic*: "Los oculos entre los solteros de luyo son pecado mortal, ordenados al acto carnal libidinoso. Dexe, ordenados ala cõto carnal; porque si non son ordenados a este acto, no son de luyo pecado mortal. La razon es porque los oculos, como ya queda dicho, tienen la malicia de la fornicacion; luego si se ordenan a ella son pecado mortaly si no se ordenan a la fornicacion, no tienen razon de pecado; porque les viene el ser pecado de este fin." * Ejusdem sententiæ (inquit Thomas Sanchez ubi supra) videtur D. Antonius Nider, Margarita Cor. f. flor. Emanuel Rodriguez, & paulo ante) & clarescent esse probabilem M. Sorus in *4. diff. 34. q. 1. art. 2. ad finem, vers. Ex quo fit.* Sori verba sunt: "Non p. s. sunt lascive te amplecti, aut impudice tangere, aut carnaliter osculari, quasi tactus, & oscula per se, ut verior habet opinio, sunt mortalia, nisi inter veros conjuges." * Et videtur assentire M. Victor, ut testatur M. Joannes de la Cruz in *Director. 6. præcep. dub. 2.*, & alii.

6. Ad hanc opinionem in stabilendum ; præsidium vocatentarunt ex D. Thoma 2.2. *quest. 154. art. 4. in corpore*. Ubi postquam dixit, oscula, & amplexus secundum suam speciem, & rationem non esse peccatum mortale, subiicit : * *Allo modo dicitur aliquid esse peccatum mortale ex sua causa, sicut ille, qui dat eleēosynam, ut aliquem inducat in hæresim, mortaliter peccat propter intentionem corruptam*. Quod exemplo videtur inquirere, horum actuum malitiam gravem ab intentione operantis dependere. Quod clarius infra explicat, dicens, hanc intentionem ferri debere in actum fornicationis, vel in talis actus (aut aliarum specierum luxuriæ) delectationem. * *Dicitur est* (inquit) *quod consensus in delectationem peccati mortalis est peccatum mortale; & idēd cum peccatorio fit peccatum mortale, & multo magis aliæ luxuriæ species; consequens est, quod consensus in delectationem talis peccati fit peccatum mortale, & non solum cor talis in actum : & idēd cum oscula, & amplexus huiusmodi propter delectationem huiusmodi*

fiant; consequens est, ut sint peccata mortalia: hic
solum dicuntur libidinosi. Unde secundum quod
libidinosi sunt peccata mortalia. Ergo libidinosi
ob delectationem actus fornicationis, veliam
specterum luxuriae, mortalia non erunt.

7. Quibus facit explicatio M. Arzujo l. 2. qu. 1.
art. 10. & ultim. n. 53. Ubi ait. "D. Thomas ad
la posse considerari in quantum ordinatur ad
fornicationis, & in quantum ordinatur ad
lectationem ejusdem actus fornicationis, vel
liter, vel concommiratione."

* Et consonare videtur ipse Angelicus Doctor in
scripto super libros sent lib. 4. c. 4.

¶ Dicendum, quod consensum in delectatione
mortale peccatum, non in quacumque, sed in
quæ consequitur actum peccati mortalis. Con-
temtuscula, & amplexus eundem leuiter
peccati mortalis, ut tradit ipse D. Thomas, com-
munis Theologorum sententia, videtur in omni-
di, non fore lethalia, nisi extrinsecus per
tione operantis ordinetur ad delectationem
cationis, vel alterius speciei luxurie, quæ
peccati mortalis; nec sufficere, quod ex se
sua ad illam ordinetur. Quibus an-
M. Araujo ubi supra quest. 7. c. 1. p. 1.

§. I.

*Vera sententia duplici conclusione
exponitur.*

8. **S**icut prima: oscula, & amplexus libidininosi non fiant ob delectationem concupiscentie pollutionis, vel alterius actus luxuriosi, sed esse ob illam delectationem venerem, quæ non confurgit, sunt peccatum mortale. Hæc con-
omino certa, & o-
ritur speciem, & nov-
am Alexander VII. die 8. Marti anno 1666. & post-
diu fuit reprobata à Clemente VII. & Paul. VI.
Inquisitoribus fidei illam defendentes deprecari
jusserunt: ut refert P. Thom. Sanchez de
cap. 6. num. 12. Ubi fci. * Unam aliter
fidentiam, quam lib. de matrim. disput. 4. ca.
tuli esse verissimam, nempe amplexus, & oscula
libidinosa, quævis sola veneræ delectatio, quæ
ipsi sentitur, placeat, excludo alio ordi-
tali esse mortalem, & contrariam ab aliquibus
lati temerariam, & erroneam; hoc æpro-
batio à Summis Pontificibus Clemente VII. & Paul.
VI. Inquisitoribus fidei denunciat. ful-
-

afferentem in illis non committi. erit enlethale. * Hæc Sanchez. Et ante illum hanc opinionem gravi certura notant nonnulli, quod ipse refert *disp. 46. citata ex lib. 9. de matrim.* Ubi Navarra dicit, esse falsam, & forte temerariam: Corduba esse erroneam, & Tabiena, oppositam esse de fide.

9. Ad evidentiam igitur hujus verissimæ, & communis sententiæ præmitti oportet, duplicem in oculis, & tactibus delectationem reperiri: aliam sensibilem, aliam veneream: sensibilis dicitur, quæ insensu tactus percipitur ex contactu tederitudinis, & molli rei objecti: quæ quidem delectatio semper conjuncta est cum ipsis oculis, vel tactibus, quia naturaliter, & proximè ex ipsis resultat, etiam si propter benevolentiam, aut propter necessitatem fiatur: hæc delectatio non est venerea, sicut nec delectatio, quæ placet visus proprii corporis, vel aliam quæ tactus rei blandæ, sicut & visus rei pulchre, naturaliter delectant organa visus, & tactus. Sic cum Tabiena verbi Cogitatio, *q. 8. num. 9.* tradunt Sanchez *lib. 9. disp. 46. num. 5. & 20. Salas 1. 2. tom. 2. quæst. 7. 4. trad. 3. disp. 6. sect. 0. num. 1. 9.* Et dicens, esse sententiam D. Thomæ Araujo *1. 2. quæst. 7. 1. art. 10. dub. ult. pro qua citat ex sua familia* Umbertum, Viguierum, D. Antonium, & Sylvestrum; & est communis Thomistarum, illamque Vincentius Baronius in *Anadæum fol. 83. 85. 108. & 109. (ex Catmel 130. 5. Exalceatis Salmanticensibus tom. 1. in 1. 2. disp. 10.)* fuisse defendit, dicens, delectationem hanc distanti per omnes sensus, & partes corporis, quatenus ex primis, & secundis elementorum qualitatibus, ex lenitate, & mollietate rerum sensibilem affliguntur, præcipis conveniunt: * Hinc (inquit) vocamus delectationem naturalem per omnes corporis partes, nec secretioribus exceptis, & effluam, quæ ut monet D. Thomæ *2. quæst. 154. art. 4.* expert est boni, aut mali moralis, indifferens ad utrumvis, quæ indifferens inanimat, & velut necessitudo sensibus præcipitur, ad motum sensibilem. * Hæc apud Baronium supra, qui subnectit: * Hanc delectationem, quæ quæque corporis parte recipitur, innoxiam esse in hil enim mali habet contactu cuiusquam rei, quamlibet molli, & teneræ, quæ cum quæque corporis parte, nisi accedat provocatio aliqua seminis, & periculum, aut appetitus illud spargendi extra conjugii usum. * Sicille.

10. Delectatio autem venerea, & libidinositas dicitur illa, quæ provenit ex feroci humoris, aut seminis, aut spirituum subservientium generationi, motu, quæ sentitur in carne circa partes libidinosas, seu in humis, & renibus, ut cum Salmanticensibus explicat Baronius supra, & cum Cajetano, & Tabiena, Thom. Sanchez *lib. 9. disp. 46. num. 5. & alii*, quos suppreffo nomine refert *S. 1. ubi supra num. 14. in fine.* Et sumitur ex *Geno lib. 14. de suppartum, cap. 9. & 10. Ubi ait: * Ad delectationem venerea est, quæ in carne confurgit ex motu humoris feroci incalescentis per commotionem spirituum generationi deservientum. * Cui consonat Augustinus lib. 14. de Civitate Dei, dicens, in re præsentem libidinem esse illam, quæ obsequia partes corporis excitantur.*

11. His positis: certissima sententia est, oscula, amplexus, & tactus, (etiam non turpiorum) si venerea, si libidinositas sunt, esse peccatum mortale, etiam si ab operante ad ulteriorem delectationem non referantur, quam ad illam, quæ ex ipsiusmet insurgit, per spirituum subservientium generationi motum. Ita docet Sanctus Thom. in *disputatis, quæst. 15. de luxu-*

ria, art. 2. ad 18. Ubi sic: * Dicendum, quod tactus, amplexus, & oscula in quantum ordinantur ad actum fornicationis, consequuntur consensum in actum: in quantum autem ordinantur ad solam delectationem, consequuntur consensum in delectationem, qui est peccatum mortale. * Ergo juxta D. Thomam delectatio venerea, quæ ex oculis insurgit, etsi sola intendatur, vel voluntarie admittatur, refunditur illa gravem malitiam. Nec ejus mentem percelluerunt, qui aliter exponere moliti sunt. Idem probat Cajetanus *ex 2. 2. quæst. 154. art. 4.* Ubi dicit D. Thomas inquit, consensum in delectationem fornicationis, & non solum consensum in actum esse peccatum mortale, sub voce delectationis fornicationis, omnem veneream comprehendit. In quibus locis nullo modo sibi contradicit D. Thomas, nec sententiam mutat, vel retractat, ut ei opponit M. Luthovius Lopez *1. part. instruct. cap. 295. 8.* igitur pro explanatione, dicit: * Circa hanc questionem non omnino conveniunt Doctores, nam Cajetanus hic, atque Sylvestri tenent partem affirmativam, nempe esse peccatum lethale, quam hic D. Thomas sentit, ubi videtur auctore, & retractasse sententiam contrariam negatvam, quam tenuerat in *quæst. de malo, quæst. 15. de luxuria, art. 2.* Hæc M. Lopez: Quibus non à veritate magis alienum, ut conat locis constat. D. Thomam sequuntur communiter Theologi. Quos recensere otiosum est.

12. Suadetur primo ex Paulo ad Galatas 5. ubi postquam præmitit, opera carnis esse inmunditiam, & impudicitiam, subdidit: *quæ talia agunt, Regnum Dei non possidebunt.* Sub impudicitia autem comprehendit oscula, amplexus, & tactus libidinosos, est communis Sanctorum Patrum, & Theologorum sententia, cum Lira ibi, & D. Thom. *2. 2. quæst. 154. art. 1. ad 5.* & ita expressè tradunt Ambrosius, & Cyprianus, quorum verba referunt Sanchez, & Salas supra. Secundo probatur, quia oscula, & venerea, sunt media à natura proximè ordinata ad motum feroci humoris, vel seminis, in quem vehementer influunt, tantaque in corpore voluptatem excitant, ut periculum pollutionis frequenter annexum habeant: ergo delectatio venerea, quæ ejusmodi operationes subsequitur, gravissima est, infra delectationem copulæ. Confirmatur, quia ut benè docet Cajetanus *2. 2. quæst. 154. art. 5.* Præfata delectatio est principium, aut pars delectationis actus consummatus: actus enim fornicationis, vel pollutionis est totus quoddam successivum, sicut & motus feroci humoris, qui effusione terminatur: ergo delectatio horum actuum, utpote subsequens motum, verè successiva est, atque adeo cum ejusdem rationis sit pars illa delectationis venerea, quæ primo excitatur, quando motus incipit cum altera, quæ ejus continuatur onem, & terminationem subsequitur, sit plenum, delectationem veneream osculorum, & tactuum ejusdem esse malitiæ cum delectatione fornicationis; eandemque esse delectationem continentem, solumque distinguui ut partem à toto homogeneam. Quapropter oscula, & tactus libidinosi communiter dicuntur fornicatio inchoata, ut rectè ait P. Vazquez *tom. 4. in 3. part. quæst. 91. art. 1. dub. 5. num. 33. & 1. 2. tom. 1. disp. 75. cap. 2.* Et qui confertur in delectationem hominum actuum, censetur consentire in delectationem concubitus. Ut Doctores omnes timorati iure sentiunt.

12. Obiicies: delectatio non est mala, si mala sit operatio unde capta, sed oscula, & amplexus, secundum

cundum se, non sunt operatio mala, ergo non est mala delectatio, quæ ex ipsis captatur. Consequentio est legitima: minor expressa D. Thomæ, & discipulorum ejus, ubi supra. Majorem tradit expressè Angelus Præceptor in 2. sent. dist. 24. quest. 3. art. 4. in corpore, dicens: * Unde si operatio est per se bona, & delectatio est per se bona, & contrariò. * Et in 4. dist. 31. q. 2. art. 3. * Secundum Philosophum in 10. Ethicor. idem judicium est de delectatione, & de operatione, quia operationis bonæ est delectatio bona, & malæ mala. * Ergo cum oscula, & amplexus, operationes sint indifferentes, delectatio ex illis capta indifferens erit. D. Thomæ vestigia premunt discipuli Sorus in 4. dist. 31. q. unica, art. 3. concl. 1. * Delectatio (inquit) de se neque bona, vel mala est, nisi ratione operationis unde capitur: concubitus autem conjugalis de se non est operatio mala, ergo neque delectatio illi adjuncta: quare electio hujusmodi delectationis non est ex genere suo mortalis: * cui consonat Cajetan. 2.2. qu. 134. art. 2. §. Quo ad secundum multi. Ubi inquirens, cur in mulieribus seminatio voluntaria, extra concubitus naturalem, sit peccatum mortale: * Delectatio in bonitate, & malitia morali sequitur operationem, & idè oportet, si delectatio sit mala moraliter, quod seminatio illa sit mala: ridiculum enim est dicere, quod delectatio secundum se est mala. * Ergo cum oscula, & amplexus secundum se mala non sint, necessario videtur inferri, nec delectationem subsequentem esse malam.

3. Hoc argumentum nonnullis multum negotii facessit. Respondet Baronius ubi supra fol. 86. oscula, & amplexus secundum se esse mala, cum quis delectationi, ad quam ex fine operis ordinantur, adhæret. Verum hoc est, principium supra jactum deferere, quia probat, operationem esse malam ex eo, quod delectatio mala sit: principium verò, quod ex Aristotele jecit D. Thomas, & cum eo alii Thomista (quorum verba supra dedimus) oppositum suadet, nempe delectationem esse non posse malam, quia operatio, quam consequitur, mala non est. Dicere autem delectationem secundum se esse malam; ait Cajetanus supra * esse ridiculum. * Præterquam quod responso Baronii terminorum repugnantiam involvere videtur, nam si oscula, deficiente adhærent voluntatis ad delectationem ex ipsis confurgentem, non sunt mala, verè secundum se talia non sunt. Unde ergo adhærent illa voluntatis malitiam sortietur? Non explicat. Respondet ergo cum Thom. Sanchez lib. 9. de Matrim. disput. 46. num. 20. ex principio Philosophi, & D. Thomæ solum inferri, delectationem sensibilem, quæ immediatè, & naturaliter consequitur osculum, & tactum, ortam ex propositione objecti sensibilis ad sensum, de qua egimus supra num. 9. non esse per se malam: quod tenent J. I. Iust. ac Reverend. P. M. Araujo Episcopus Segoviensis. M. Soula, & alii, quos citatos sequitur Thomas Hurtado ex Clericorum Minorum Familia tract. 3. cap. 3. resol. 27. M. Candidus tom. 1. disput. 11. dub. 2. D. Antonius 2. p. tit. 5. cap. 1. §. 9. M. Zanardus in direct. 1. 2. in explicat. 6. & 9. præcepti, §. 13. vers. Quinto deduco. Ubi sic: * Quoniam omnis delectatio tactiva, ut tactiva, & sensitiva est, non convenit homini ut homo est, sed ut animal est, & sic ei non convenit peccare; idè si quis delectetur in osculo pulchræ manus, faciei, vel gratioris, & similiter in tactu mollis carnis, ejusque sit partem, exclusis consensu expresse, interpretativo, & periculo consensus, (in delectationem scilicet veneream) non censetur peccatum; * Sic ille. Item Navarrus in Manuali, cap. 16. num.

11 Fr. Franciscus Pichon in tom. de Matrim. disp. 7. 325. Sylvius, & alii apud Dianam 4. part. tract. 4. 136. Quos sequitur Vincentius Baronius in operis Amadeum, fol. 108. & 109. Verbis ex illo iuramento num. 9. ubi hanc delectationem sensibilem omnes sensus, & partes corporis diffundi aliter, & non esse veneream, sed naturalem, & quædam corporis parte excipitur, innoxiam esse. Hanc operatio talem esse admittimus, qualis sit operatio naturæ extra statum matrimonii: secus verò delectationem veneream, quæ remotè ex osculis, & tactu consequitur, & proximè ex operatione alia, nempe ex delectationi: hæc enim delectatio operationem naturæ statum matrimonii graviter prohibet, & turbatur; ac proinde nequit non illius gravem turbari. Unde fit, argumentum num. 12. confectum, quod concludere contra Cajetanum tom. 1. opus 1. q. 1. qui, delectationem illam sensibilem osculi, & tactu naturaliter subsequatur, dicere esse veneream: quæ sibi non constans videtur sequi Vincentium de Matrim. fol. 87. dum ait: * oscula, & amplexus propriè delectationem tactus cum non sua esse peccata moralia. * Cum tamen fol. 85. prædixisset: * qui omnia ratione afficeretur osculo mulieris, non damnatur peccati. * Quod iterum tradidit fol. 108. & 109. ubi innoxiam pronunciat ejusmodi naturæ delectationem, ut ejus verba num. 9. data præferantur.

§. II.

Confectaria ex prima conclusione.

14. EX hæcenus dictis aperte constat, oscula, & amplexus libidinosos inter omnia delicta nequire a noxa lethali eximi. Restat verò examinandum, an eadem inter sponsos de futuro officiantur malitia? Negat M. Bartholom. de Mediana Sum. cap. 14. §. 18. M. Ludovicus Lopez 1. part. v. struct. cap. 54. M. Fumus verb. Impudicitia, num. 2. M. Bartholom. & Petrus de Ledema, M. Tabien. Monochius. Veracrus, Fillarctus, & nonnumeri alii, qui sequuntur Thom. Sanchez lib. 9. de Matrim. disp. 46. num. 48. Salas 1. 2. tom. 2. tract. 13. disp. 6. fol. 16. Navarrus, Volcutus, Sayrus, Avelia, Joannes de la Cruz, & alii, quos refert Verricelli tom. 3. quest. 30. d. 1. 4. quest. 23. Bonacina, Reginaldus, Molitius, Valalobos, & alii, quos refert, & sequitur Dianus tract. 4. resol. 131. & est ferè communis opinio: Contra anreliquius fuit Eminentiis. Cajetanus in sum. sponsorum peccata. Ubi sic: * Oscula, & amplexus inter sponsos, si delectationis causa fiant, afficiuntur malitiâ inchoante, absque impedimento tamen, venia sunt, quia sicut sponsa inchoative est sponsa, ita delectatio venerea conjunctionis carnalis inter eos inchoative permittitur inter eosdem. * Constat enim oscula delectationis causa facta non nisi inchoatè venereæ delectationis importare. * Sic Cajetanus ibi, & secunda secunda loco supra citato, qui sequitur Navarrus in Sum. Latina, cap. 16. num. 121. censens: * Quæ singularis determinatio fuit Carli Cajetani 2.2. quest. 154. art. 4. * Ante Cajetanum enim (ait Rebellus part. 2. lib. 3. quest. 19. fol. 2.) nullus ex Patribus, vel Scholasticis Doctoribus præcedit, qui à peccato mortifero oscula, & tactus venereæ delectatione captatos excuset.

15. Moventur Authores citati ratione à Cajetano superius attenta, quia sponsalia sunt quedam

choatio matrimonii: ergo sicut hoc eximit à lethali copulam, venerea delectationis causâ habitam, ita sponsalia excusabunt oscula, & alios tactus, (dummodo turpiorum non sint) quæ sunt inchoatio copulæ, et si venerea delectationis causâ habeantur.

16. Cæterum contraria sententia sustinenda est, quam sibi contrarius tenuit Cajetanus in *sum. verb. Impudicitia*. Ubi sic scribit: *Impudicitia, qua homo tactibus, osculis, seu amplexibus vacat libidinose, hoc est, delectationis sensibilis, quæ ibi sentitur, causa, etiam si nullum intendatur aliud opus, &c. si horum aliquod sic fiat à non conjugibus, peccatum est mortale: dicente Apostolo ad Galat. 5. *Quod impudicitiam agentes Regnum Dei non consequentur*. *Erit enim, *verb. Osculum*, dicens: *Osculum benevolent æ bonum, & laudabile est, juxta morem patriæ: osculum verò libidinis, nisi inter conjuges, est peccatum mortale. *Ergo juxta Cajetanum oscula libidinosa inter sponsores de futuro sunt peccatum mortale: conjuges enim non sunt. Ideo ita expressè tenent Comitoli *lib. 4. respons. quæst. 20. num. 4.* Gaspar Hurtado *de matrim. disp. 10. diff. 10. num. 48.* Rebellus ubi supra *part. 2. lib. 3. quæst. 19. sect. 2.* Paludan. Sotus, Cortadus, Pedraza, & alii apud Salas supra, Rodriguez *tom. 3. sum. cap. 102. num. 1.* & plures alii.

17. Probatur primo ex Apostolo cap. 5. ad Galat. quo Cajetanus nititur ubi supra, quia omnis fornicator, aut immundus non habet hereditatem in Regno Dei: immunditia autem, juxta communem Sanctorum PP. expositionem, oscula, amplexus, & tactus libidinosos inter non conjugatos comprehendit: ergo cum Apostolus universaliter loquatur, intelligendus est de omnibus non conjugatis, à qua universalitate sponsi de futuro excludendi non sunt. Secundo, quia delectatio venerea osculorum æquæ est inchoatio delectationis copulæ, ac delectatio venerea tactuum impudicorum, quæ abque ejus periculo, aut ulteriori consensu, inveniri etiam potest. Atqui delectatio tactuum impudicorum, omni etiam periculo secluso inter sponsores de futuro, est peccatum mortale, ut tradunt communiter Theologi, & ipsi met Doctores supra citati, Cajetanus, Navarrus, Lopez, Grassius, & Bart. & Petrus de Ledesma, & alii, quos sequuntur Thom. Sanchez, & Salas locis supra citatis: ergo & delectatio venerea osculorum: quamvis enim horum delectatio minor esse dicatur, utraque tamen æquæ participat prædicatum inchoatæ copulæ: ac proinde ratio ista utrique, vel neutri patrocinari debet, maxime cum Authores contrariæ sententiæ oscula libidinosa inter sponsores de futuro non ex parvitate materiæ, sed virtute contractus sponalitatis à mortali peccato excusent.

18. Tertiò, quia ut multis probat Cajetanus 2. 2. quæst. 154. art. 4. & ex illis refert, & approbat Baronius fol. 87. consensus in delectationem veneream osculorum, est consensus in delectationem fornicationis, quia licet ab eo, verò ejusmodi actus exercet, aufertur relatio ad congressum, & futuram illius delectationem: tamen osculum ipsum libidinum ex se ipso ad illam ordinatur, & delectatio venerea osculorum est initium, & pars, & ejusdem ordinis mortalis cum delectatione copulæ: atqui extra statum conjugii consentire in delectationem præsentem concubitus postea futuri modo excogitati, est peccatum mortale, etiam sponso de futuro, ut contra Victoriam, & Medinam docent Navarrus, Grassius, Ludovicus Lopez, Rodriguez, Vega, Cor-

duba, & Vazquez, quos citatos sequitur Thom. Sanchez supra disp. 47. (quod respectu delectationis concubitus præsentis est de fide:) ergo oscula inter sponsores de futuro propter solam delectationem veneream sunt peccata mortalia. Confirmatur, quia ipso Cajetano testante (ut ait Baronius fol. 87.) *est expressa Sancti Doctoris mens, oscula, & amplexus propter solam delectationem tactus cum non sua esse peccata mortalia. *Ergo cum sponsa virtute contractus sponalitatis non efficiatur sponsi, nec sua dici possit, oscula inter ipsos, propter delectationem veneream à noxa lethali non eximentur. Confirmatur secundo, nam cui prohibitus est finis, prohibita etiam sunt media ex se ipsis ad illum ordinata, sed oscula libidinosa, ut fatentur Cajetanus, & Baronius supra, ex se ipsis ordinantur ad copulam sponso de futuro prohibitam: Ergo hæc illis non licent, sed sub lethali æquæ, ac copula prohibita sunt.

19. Ad fundamentum contrariæ sententiæ respondeo, levis ponderis esse ad tam singularem opinionem intrudendam. Quia delectatio venerea osculorum penes magis, & minus distinguitur à delectatione copulæ, & hæc in illis continetur, ut finis in principio, vel ut totum successivum in prima sui parte, ut tradit Cajetanus ubi supra. Contractus vero sponalium secus se habet respectu contractus matrimonii, ut est per se notum, atque adeo nequit ex illo argumentum desumi ad excusandas à lethali inter personas de futuro delectationes venereas osculorum, quas inter omnino solutos esse prohibitas dubitari non potest, & opposita assertio, ut minimum, ut scandalosa, ab Alexandro VII. ut supra diximus, damnata, & prohibita est.

§. III.

Judicium Authoris de parvitate materiæ in re venerea.

20. Secunda conclusio. In rebus venereis non datur moraliter, & practicè parvitas materiæ: physice verò, & speculative loquendo, negari non potest: Quia certum est dari quandoque ex parte objecti levem quamdam carnis delectationem veneream, qualis est illa, quæ ex tactu levi manus procedere solet; nam cum commotio spirituum quæ inde excitatur, levis ut in plurimum sit, gravem delectationem generare nequit. Præsens igitur controversia solum est, an illa delectatio, quantumvis modica, si deliberatè queratur, vel admittatur gravem malitiam in actum voluntatis refundat? Quod ex duplici capite provenire potest, vel ex eo quod ratione sui graviter prohibita sit, vel ratione alicujus periculi annexi. In quo Doctores dissentit Julius Mercorus, quem citatum sequitur Vincentius Baronius in *Amadeum fol. 77.* exillimant, delectationem veneream objectivam, quantumvis modicam, ratione sui prohibitam esse sub lethali. Quæ doctrina difficilis est, aliàs levis, & gravis delectatio æquæ prohibita forent, & consequenter sicut lex prohibens gravem delectationem, obligat sub mortali remove omnes causas ad luxuriam pertinentes, quæ notabiliter influant in gravem spirituum commotionem, prehiberet etiam sub mortali causas omnes, quæ in levem commotionem influxum efficacem præstarent: ut tactus manus, brachii vel-

chii vellicatio & similes, quas de culpa lethali dam-
nare, quando levis illa delectatio venerea nec pro-
curatur, neque voluntate admittitur, durissimum es-
set, nec ab ullo, quem viderim, Theologo concedi-
tur.

21. Dicendum ergo est, quamcumque delibera-
tam voluntatem circa delectationem veneream in
carne, vel in appetitu sensitivo, quantumvis levem,
esse peccatum mortale, non quidem malitia deri-
vata à delectatione objectiva physice levi, sed à pe-
riculo annexo propter moralem impossibilitatem
distingueri practice, in re tam lubrica, materiam
levem à gravi. Ita expressit N. Rev. P. Generalis
Claudius Aquaviva in suo decreto, cuius sententi-
am omnes Doctores Societatis amplectuntur, qui
constanter defendunt, non dari parvitatem mate-
riæ in re venerea, neminemque ex hoc capite, si dele-
ctatio deliberatè quaesita, vel admissa sit, à peccato
mortali excusari posse. Ita docent Rebellen de *Inst.*
part. 2. lib. 3. quest. 10 Lessius *lib. 4. cap. 3. dub. 8. n. 58*. Fil-
liucius, P. Layman, & alii, quos refert, & sequitur,
Busembaum in *Theolog. mor. lib. 3. tract. 4. cap. 2. dub. 1*.
Tamburinus in *Decalog. lib. 7. cap. 8. §. 1. n. 8*. P. Vazq.
1. 2. tom. 1. disp. 115. cap. 2. num. 5. & reliqui Authores
Societatis, quos sequuntur innumeri alii, quos citat,
& sequitur Diana, *p. 3. tract. 5. resol. 1. & 89. part. 4.*
tract. 4. res. 136. §. Notandum, & part. 5. tract. 5. resol. 5.
& 9. part. 7. tract. 11. resol. 28. & part. 11. tract. 1. resol. 25.
& tract. 6. resol. 53. & contrariam gravi censura no-
tant recentiores, P. Antonius de Escobar in 2. edit.
Lugdunensi Theolog. mor. tract. 1. exam. 8. cap. 3. nu. 75.
inquit: *Esse fallam, improbabilem, & temerariam.
*M. Lopez de Texeda in *contr. Theolog. mor. tom. 1.*
lib. 2. tract. 3. contr. 13. num. 66. fol. 173. dicit. *Esse
omnino relegendam à sana doctrina. *Vetricelli in
quest. Moral. tom. 1. tract. 4. quest. 16. num. 4. ait: *Esse
omnino improbabilem, tam per principia intrinse-
ca, quam extrinseca, & esse fallam, temerariam, &
scandalosam, & forte graviori censura dignam. *Et
subnectit opinionem adstrictam, parvitatem ma-
teriæ in delectatione venerea esse damnatam in offi-
cio sanctæ Inquisitionis ex motu Clementis VIII. &
ita refert Valdeillum, Magistrum Texeda, & Dia-
nam. Sed de hoc motu authenticè non constat, &
forsan hi Doctores æquivocationem patiuntur, hanc
questionem confundentes cum altera supra impug-
nata, & à Sum. Pontificibus damnata, nempe con-
cedente oscula, & amplexus propter delectationem
veneream ex illis confurgentem, seculis alia sinistra
intentione, non esse peccatum mortale.

22. Cæterum, quamvis ab Ecclesia damnata non
sit, cum Doctoribus citatis censetur omnino improba-
bilem, & ab scholis exterminandam. Quæ si ali-
quando arrisit Patri Sanchez *lib. 9. de Matrim. dis-*
put. 46. num. 9. & 17. eam postea retractavit in *sum-*
rem. 2. lib. 5. cap. 6. num. 12. Et similem doctrinam Je-
suitæ omnes execrantur, extatque in societate præ-
ceptum à Rever. P. Præp. Generali Claudio Aqua-
viva. *Ne ullus ex societate publice, vel private,
non modo ut veram, vel probabilem, sed nec ut
tolerabilem quidem doctrinam ulla ratione doceat,
aut sibi placere significet, aut secundum illam con-
siliium cuiusdam det, scilicet, in re venerea exiguum a-
liquam delectationem deliberatè quaesitam propter
levitatem materiæ excusari à peccato mortali.
*Idque prohibet sub pœna excommunicationis,
& privationis lecturæ, vocis activæ, & passivæ, & in-
habilitatis ad quælibet officia. Cujus præceptum in
Cogregatione, non à Generali in decreto 24. renovatū fuit,

& extensum ad quamcumque minimam delec-
tationem veneream, non solum quaesitam, sed dele-
ratè admissam. Videatur P. Mendo in *part. 1. de*
mor. differ. 5. ad 6. Decalogi præceptum, ubi innumera
ex Societate Doctores pro hac sententia referunt.

23. Ratio à priori hujus veritatis opinio est,
quia delectatio venerea, quantumvis minima, vo-
luntatis igne succensa, gravem spirituum commo-
tionem frequenter excitat, & consequenter per-
venit delectationem veneream, ut de delectatione, ite-
ritillatione carnis ex vehementissimæ commo-
tionis subortæ monstrant. Ergo saltem ab objecto
quem simul cum objecto, & appetitu sensitivo ca-
sare solent, gravem malitiam subire, necesse est. Se-
cundo probatur ratione, quia, conclusio ne prima
demonstravimus, delectationem ex oculis, & am-
plexibus libidinosis deliberatè quaesitam, gravius
peccatum constituit; nempe quia omnis delectatio
venerea, & libidinosa natura sua ordinatur ad co-
pulam, vel effusionem seminis: est enim illius initium,
initium, & pars, & ejusdem ordinis moralis, &
delectatione actus consummatio. Ergo licet dele-
beratè velle copulam, vel seminationem illam, in
quacumque etiam minima quantitate, semper est
peccatum mortale; ita etiam velle quantumvis
minimam delectationem veneream, semper est
commotionem, quam sublequitur.

24. Adde, delectationem objectivam levem, que
sentitur in carne, & in appetitu sensitivo, cum
dem rationis sit cum delectatione copulæ, & cum
pars, & initium, ut supra diximus, non possit non
frequenter, propter affinitatem, comitari imaginem
nem delectationis actus consummationis: hanc autem
naturaliter sublequitur tam delectatio appetitus
sensitivi, quam cogitatio talis delectationis, ali-
ens, & trahens voluntatem in ejus consensum. Unde
quando voluntas deliberatè consentit in delectati-
onem illam, quæ levis ab operante censetur, et
moraliter impossibile, non simul complacet de gra-
vi delectatione copulæ cogitatæ, vel de illa, quæ
appetitus sensitivus fruatur. Nemo ergo prædictum dubi-
tare potest, maximum labendi periculum in his de-
cernendis subesse, & veluti anguem sub herba la-
tere, & quam difficile cuique sit, deliberatè quaeri
vel admissa delectatione levi, à gravius compen-
santia abstinere: præcipue cum quævis venerea de-
lectatio deliberatè admissa mentem aliquatenus per-
turbet, unde major accrescit difficultas gradum
stendi, & intra certos terminos illam cohibendi: et
modica enim scintilla ingens non raro constituit
incendium: practice ergo loquendo in rebus venereis
concedi non potest parvitas materiæ. Et ita firmum
tenendum. Quamvis physice, & speculative leve
quandoque contingere possit, inficiari nequeam. In
quo sensu plures ex citatis pro contra sententia
ponendi sunt, ne in opinionem adeo ab-
surdam adisse dicantur.

(*)

QUÆ

QVÆSTIO III.

Virum licitum sit intendere delectationem, quæ ex cibo, & potu non immoderatis captatur?

Ad decisionem suppono primo doctissimo-
rum opinionem asserentium, posse dari ac-
tiones indifferentes in individuo, quam
cum D. Bonav. Scotus, & omnibus Scotistis defendit
Patritius Sporer Franciscanus in *Tyrocinio Theol. mor.*
p. 2. q. 2. n. 116. & expresse D. Hieronymi, Greg. Nazian-
zenzi, & aliorum Theologorum, quos sequitur Vazq.
1.2. tom. 1. disp. 33. c. 2. & 3. Suppono secundo, delecta-
tionem in objectivam per se, in genere naturæ, bonam,
& appetibilem esse, ut constat ex Arist. 10. *Ethic.* c. 2.
*Neminem interrogas, cuius rei gratia capiat volupta-
tem, propterea quod per se ipsam appetibilis est ip-
sa voluptas. * Quem sequitur D. Th. 1.2. q. 2. art. 6. ad 1.
dicens: *Delectatio non est propter se appetibilem,
* & in 4. dist. 4. q. 3. art. 4. ubi ait: *Delectationem, ut
delectationem significatur, ut quoddam bonum. * Et
est communis opinio.

2. Suppono tertio delectationem in genere moris,
neque bonam, neque malam esse, sed qualis fuerit
operatio, cui est annexa. Sic ex Arist. tradit D. Tho-
mas 4. dist. 31. q. 2. art. 3. ibi: Secundum Philosophum in 10.
Ethic. id est iudicium est de delectatione, & operatio-
ne, quia operationis bona est delectatio bona, & ma-
la mala. * Quem sequuntur communiter discipuli
Cajet. 2.2. q. 3.4. art. 2. * Delectatio in bonitate, & ma-
litia morali sequitur operationem, &c. ridiculum e-
nim est dicere, quod delectatio secundum se est ma-
la. * M. Sotus in 4. dist. 31. q. unica, art. 3. concl. 1. * Dele-
ctatio de se neque bona, vel mala est, nisi ratione o-
perationis unde captatur. * Sic ille, & alii;

3. Ex quibus Salas 1.2. tr. 9. disp. 3. sect. 4. n. 4. in fine,
concludit, delectationem sumptam pro objecto dele-
ctante, interdum esse ex se honestam, ut patet in
visione Dei delectante Beatos; interdum per se ma-
lam, ut mentiri, adulterari, fornicari; interdum indif-
ferentem, ut patet de dispositione corporis, manente
a visione, auditione, gustu, generatione, &c. Quod
ad delectationem affectus meriti extendit Vazq. 1.
2. q. 4. art. 2. dicens: * Si sermo sit de delectatione pro af-
fectu, & actu, dicendum est, esse aliquam delectatio-
nem moraliter malam, aliquam moraliter bonam;
aliquam vero indifferentem in genere moris. * Qui-
bus dissentire non potuit M. Texeda tom. 1. *Theol. mor.*
lib. 2. tr. 3. contro. 8. n. 4. & contro. 9. n. 20. Nam cum in
primo loco cum Angelico Doctore statueret, quod
eadem est bonitas, & malitia delectationis, & ope-
rationis, cuius habetur delectatio. * inde in secundo
sect. concludit, quod exire in agrum, vel deambu-
lare propter ipsam delectationem, non est malum ex
objecto, quod indifferens est.

4. Cum igitur Deus operationibus necessariis ad
speciem, & individui conservationem, delectationem
inferuerit, ut eas appetibiles redderet; & aliunde
comedere, & bibere (sicut & generare in statu ma-
trimonii) non sint operationes malæ, sed bonæ, vel
saltem indifferentes; sit planum, delectationes his o-
perationibus adjunctas, non esse per se malas in ge-
nere moris; ac proinde aut bonas, aut indifferentes
esse, sicut de delectatione ambulationis dixit Texe-

da supra. Ex hoc principio, voluptates, gustus æquæ
esse licitas, ac auditus, odoratus & aspectus; easque
moderatas ex se indifferentes esse; tradunt plures do-
ctissimi, quos adducit Bernardus Strebekius in no-
tam. 3. ad epist. 9. ubi in adversarios sic animadvertit. *
Hanc doctrinam, inquit, turpissimam censet, quam
tamen docuere D. Bonav. Scotus, Okamus, Almay-
nus, Major, Tabiena, Sum, Benedicti, Ludovicus
Bail, & plures alii. * His positis.

§. I.

Pars affirmativa est probabilis.

5. **L**icitum esse delectationem moderatam gu-
stus (sicut & olfactus, & auditus) directe in-
tendere, & propter illam captandam comedere, &
bibere, docent non pauci, nec infima notæ Doctores.
Quorum sententia probabilis mihi est. Joan. Major
in 4. dist. 31. q. unic. concl. 3. * Si quis comedat plus, quæ
ibi sufficit, non transgreditur limites temperantiæ in
cibo, ob solam voluptatem, non ponendo illic finem
principalem, nam si quis pyrū, vel pulchrum pomum
comedat gratia voluptatis, non peccat. * Quæ sequitur
Joan. Sanch. in select. disp. 2. n. 14. ubi sic scribit: * Defi-
ciente nolemento comedere, & bibere absq; neces-
sitate, solum ob delectationem captandam, scilicet ob fri-
giditatem potus, vel siccitatem cibi, neutiquam contra
rationem erit; sed talis comestio, aut potatio, liberè sit,
ut appetitus naturalis suus fruatur actibus. At velle
appetitū delectari suis operationibus, quæ contra ra-
tionem non sunt, nullatenus peccatum est, cum scelus
reperire, sit impossibile, nisi contra rationem tendat o-
peratio. Dicis quæso, quare contra rationem operatur e-
dens, aut bibens absq; fame, dum alius elus, aut potus
nolementū saluti non inferant? Nā si ob solam cibī
delectationem gula committeretur, deficiente etiam
corporis nolemento, peccatum etiam esset, odorari res
aromaticas ob solā delectationem capiendā boni odo-
ris, & esset scelus res inspicere pulchras ob solam de-
lectationem, quam visus in visione capiat; & esset crimē
audire musicā ob capiendā auditus delectationem.
Quis autem damnet hæc? Igitur nec gustus sensum,
ex eo, quod appetat cibum ob solam ejus delectatio-
nem, damnate erit fas; peioris ne conditionis erit,
quàm alii? * Hactenus Joannes Sanchez.

6. Hanc opinionem probabilem censet Bassiens
in floribus, verb. Gula, quia contrariam, quam sequitur
vocat veriorē. Et in eam inclinat Diana 3. p. tr. 5. ref.
6. & consensit Machado tom. 1. lib. 2. p. 5. tr. 2. docum. 1.
n. 6. ubi hanc sententiam in ultimo loco posuit, nil
contra determinans, & in margine refert pro illa
Dianam ubi supra & novissimè amplectitur Martin.
Perez de matr. disp. 18. sect. 7. n. 9. Et unus pro mille il-
lam sequitur Illust. ac Rev. D. D. Alphonsus de L. Pe-
na, & Montenegro, Episcopus Quintensis, olim Col-
lega in Majori, & veteri S. Barth. Salmant. Academ.
in anteo suo itinerario pro Indorum Parochis lib. 3.
tract. 4. de Sacram. sect. 5. n. 10. & 11.

7. Cui stare etiam debent omnes, qui asserunt, li-
citur esse conjugis generationi vacare propter de-
lectationem. Ex uno enim casu ad alterum est evi-
dens consequentia, quia sicut generationi auctor
naturæ annexit delectationem, ut homines, & ani-
malia allicerentur ad conservationem speciei, ita &
operationibus comedendi, & vivendi, ut ad indivi-
dui conservationem attenderent; & sicut delecta-
tio comestionis est propter comestionem, & non co-
mestio

melio propter delectationem, ita delectatio generationis est propter generationem, & non e contra; & in super hac delectatio longe major est. Ergo si generationi vacare in statu matrimonii, liceat propter delectationem, à fortiori licebit comedere, & bibere propter delectationem. Vim illationis nemo dubitat, quia eadem prorsus est utriusque ratio, ut cum D. Thom. notat Ferrara 4. contra gentes, cap. 83. n. 7.

17. Licitum autem esse conjugatis copulam exercere propter ejus delectationem, docet expressè Almaynus in 4. sent. dist. 26. q. 1. in fine. Vbi sic: * Virtus, quæ est circa passionem, inclinatur ad fugiendas passionem excessivas, & ad capiendum passionem mediocres. Nam qui nullo modo vellet passionem habere, esset insensibilis, &c. Ergo velle mediocres capere, cum quo oportet, & ubi oportet, talis actus non est malus, sed potius bonus. Item delectari uxore non est malum, aliàs quilibet cognoscens uxorem peccaret, et si non est malum, non est prohibitum, quod habeatur illa volitio, cum non feratur circa aliquod prohibitum. Ergo non est mala ex objecto, & non habet circumstantiam mali finis, quia suppono, quod non referatur in malum finem alium. Idem non est actus malus, &c. Et per consequens non oportet necessarium, quod omnis actus, quo vult actum exercere cum uxore gratia delectationis percipiendæ, dummodo non constituat delectationem tanquam supremum finem, sit malus. * Hæc Almaynus. Jam quid sit, delectationem ultimam finem constitueret, explicat paulo antea, dicens: * Quantum ad aliud est major difficultas de illo, qui cognovit uxorem, referendo præcisè in delectationem. Dico, quod si tanto impetu moveatur, quod aequaliter cognosceret aliā non uxorem, tunc talis actus est mortalis, sed si cognoscat affectu conjugali, quod si non esset, non vellet cognoscere, sed quia est uxor, vult percipere delectationem, eam cognoscendo, &c. non peccaret. *

8. Pro eadem sententia militat doctissimus Basilus de Leon, lib. 1. de matr. cap. ult. num. 7. * Ex genere, inquit, suo, non videtur esse aliquod peccatum in eo, quod vult expressè non cogitando expressè de alio, percipere delectationem, & voluptatem licitam. * Quem sequuntur Leand. à Sacram. tom. 2. disp. 25. de debito conjugali, q. 17. & Joannes Sanchez in select. disp. 23. n. 25. ibi: * Accedere, inquit, ad propriam uxorem hoc fine (nempe gratia captandæ voluptatis) peccatum veniale non existimo cum multis relatis à Sanchez lib. 9. de matr. disp. 11. n. 2. (nempe Almayno, Majore, & Zelaya, Palacios in 4. dist. 31. disp. 2. fol. 691. & docet Basilus de Leon supra: & dicit esse satis probabile Veracruz 3. p. speculi, art. 16. concl. 2. in fin. adducens Albertum Magnum, Ekium, Martinum de Magistris, quos non vidi. *

7. Item Joannes Machado tom. 2. lib. 6. p. 7. tract. 2. docum. 18. n. 4. fol. mihi 445. ibi: * No es menos dudoso, & controverfo, si sea pecado en los casados aprovecharse del uso del matrimonio por solo el deleite: Sanchez, y otros dicen, que es culpa venial, por la perversión del acto que aviendo de ser por la generación, le exercita por solo el deleite. Si bien lo niegan F. Basilio de Leon y otros Autores clásicos, y dicen, que ninguna culpa se comete, y la razón es, porque como dixo Aristoteles: Talis est delectatio, quale opus de quo est. *

10. Quibus adde Antoninum Dianam 3. p. tract. 4. ref. 226. Vbi sic: * An conjuges utentes copula causa voluptatis peccent venialiter? Affirmativè respondet Sanchez, &c. Sed ego puto probabiliter, non esse peccatum veniale, &c. Quod & Gaspar Hurt. existi-

mat verum, quando non sit ob nimiam delectationem. * Sic ille. Et cum Hurt. sentit doctissimus Pichon de matrim. disp. 7. sect. 5. n. 114. Quibus consentiunt Basil. & Leand. supra: nec credo, aliquem ex contrariis dissentire: si enim ob nimiam delectationem, utuntur, jam erit appetitus inordinatus, qui à reatu excusari non potest. Ideo sententiam hic expreſſam amplectuntur ultra citatos Martinus Perez à sac. disp. 8. sect. 7. n. 9. & disp. 45. sect. 2. n. 5. Martinus de Josph in monit. confes. tom. 1. lib. 1. str. 49. Martinus de Castro Palao tom. 5. disp. 3. punct. 3. n. 3. & Joannes de Ordinis Minorum in cursu theol. disp. 43. 4. n. concl. 3. n. o. ibi: * Sed non video, inquit, cur conjugati non possint coire ob voluptatem solam, quando de non sequeretur præjudicium generationi, & alterius alicujus obligationis. * Et tenent plene apud Dianam p. 11. tr. 2. ref. 41. & tract. 8. ref. 35.

11. Ad auctoritatem Augustini, quæ contra hanc doctrinam obicitur, ex lib. de bono conjugii, cap. 1. respondet Poncius, dicens: * Augustinus debet intelligi de peccato, id est defectu consentientis risboni electione. * Sed melius exponit Almaynus supra, dum dicit: * Sed frequenter est excessus in actu, & idem Augustinus, & alii dixerunt, quod est veniale peccatum propter vehementer affectionem & excessum. * Quem sequuntur Basilus, Leander, Hurtado, Martin Perez, & alii supra citati. * Entendese (inquit Martinus de San Joseph) quando la busca de masiado deleite, que el ordinario, como ben, se sigue de la misma obra, que en si es buena, y ordenada la naturaleza por la necesidad del fin puesto: * nempe propter conservationem speciei. Sic Doctores supra citati. Quæ, ut patet ex ratione, quæ locum habent in delectatione moderata, quam ului ciborum annexa ad conservationem individui.

§. II.

Ex principiis D. Thomæ, probabilitas affirmativæ sententiæ ostenditur.

12. Denique hæc sententia probabilis videtur in via D. Thomæ, ut ex locis afferendis constabit, nam 2. 2. q. 141. art. 5. in corpore, licet inquit: * Quia delectationes gultus, vel olfactus, vel virtutis temperantia, & in temperantia secundario. * Aliæ delectationes moderatæ olfactus, vel virtutis dicitur expressè intentæ, ut finis operationis virtutis, & olfactionis, sunt licitæ, omnique culpa carent, & delectationes moderatæ gultus. Quæ sequitur optimè Cajetan. in sum. verb. gula. Sic semper gula peccatum constituit non in hoc, quod cibum delectabilis delectabiliter sumatur, quoniam hoc est peccatum est, si quis sit adeo insipiens, ut peccet, omnem voluntariam delectationem sentiens esse peccatum: sed constituit in hoc, quod inordinatus delectatio cibi appetitur: puta, quia plus, aut minus, quam decet, delectatio cibi appetitur. * Quem sequitur M. Acacius de Velasco tom. 2. ref. mor. 7. gula. ref. 13. Ergo si tempore debito non plus, aut prius quam decet, moderatam cibi delectationem quis appetat, ut finem operationis, vitium gultus incurrat.

13. Secundo D. Thomas 2. 2. q. 148. art. 1. ad 2. ad peccatum gula, requirit excessum in cibo: & non obscure indicat, non sufficere solam concupiscentiam delectationis. En, ejus verba: * Sed hoc lo-

lam, inquit, pertinet ad gulam, quod aliquis propter concupiscentiam cibi delectabilis, scienter excedat mensuram in eodem. *Ergo si hanc non excedat, sed quantitatē cibi competentem assumat, licet propter cibi voluptatem, non committet peccatum gulæ, dummodo concupiscentia nimia non sit, juxta superius dicta pro delectatione copulæ conjugalis. Roboratur ex his, quæ tradit ipse Angelicus Doctor ibidem *art. 2. in corpore*, dicens: *Vitium gulæ consistit in concupiscentia inordinata, &c. Si verò in vitio gulæ intelligatur inordinatio concupiscentiæ tantum secundum ea, quæ sunt ad finem, utpote quia nimis concupiscit delectationes ciborum, non tamen ita, quod pro hoc faceret aliquid contra legem Dei, est peccatum veniale. *Ecce nimias solum, seu immoderatas delectationes de culpa damnat D. Thomas. Quem sequitur est Cajetanus ibidem *art. 3.* dum gulam sic definit: *Gula consistit in immoderata delectatione cibi. *Quibus etiam facit, quod Sanctus Doctor in *quæst. de malo*, *quæst. 14. art. 1. in corpore*, *Gulam consistere in sumptione cibi ex inordinata concupiscentia, nimirum illa, quæ transcendit regulam rationis. *Qualis autem sit hæc regula explicat *ad 1.* *Dicendum, quod regula rationis hæc est, ut homo sumat cibum, secundum quod convenit sustentationi naturæ, & bonæ habitudini hominis, & conversationi eorum, cum quibus vivit, ut dicitur in *3. Ethic.* *Ergo quoties quis obli-vaverit ejusmodi mensuram in cibo, vitium gulæ non incurret: servari autem potest, etiam si propter delectationem cibi comedat.

14. Non me latet D. Thomam 4. *contra gentes*, *cap. 87. num. 7.* planè asserere, inordinatum esse, cibis, & veneris uti propter solam delectationem. *Nam delectationes, inquit, quæ sunt in præmissis actionibus, non sunt fines actionum, sed magis e contra. Natura enim ad hoc ordinavit delectationes in istis casibus, ne animalia propter laborem ab istis actibus necessariis naturæ desisterent, quod contineret, nisi delectatione provocarentur. Est ergo ordo præposterus, & indecens, si operationes propter solas delectationes exerceantur. Sic D. Thom. quem ibidem sequitur Ferrariensis, & alii communiter.

15. Caterum hoc non tollit, contrariam sententiam esse etiam probabilem in via D. Thomæ. Quod tam ex ipso, quam ex Ferrata suadet ex his, quæ tradiderant; tertio *contra gentes*, *cap. 2.* Ubi Angelicus Doctor expressè docet, operationem ipsam esse etiam finem, quando propter ejus delectationem fit. *Actiones, inquit, ludicæ interdum sunt finis, licet cum quis solum ludat propter delectationem, quæ in ludo est. *Ergo cum quis comedit propter delectationem quæ in comestione est, verè habet pro fine ipsam operationem, non igitur ordo præposterus est.

16. Vidit difficultatem M. Ferrara, *cap. 2. citato*, ubi Contra D. Thomæ verba sic objicit: *Delectatio, quæ est in operatione, est aliud ab actione ludicæ, &c. si ergo aliquis ludat propter delectationem, quæ est in ludo, ipsa operatio ordinatur ad delectationem, tanquam ad finem & per consequens operatio ipsa non est finis. *Huic verò objectioni sic facit satisfactio. *Respondetur ex doctrina D. Thomæ in 4. *sent. dist. 49. quæst. 3. art. 4. quæst. 3.* quod delectatio consequens aliquam operationem, & ipsa operatio non sunt considerata tanquam duo bona, sed tanquam unum, quia ex ipsis fit una operatio perfecta, sicut ex perfectibili, & sua perfectione. Et ideo loquitur hic D. Thom. de operatione, & delectatione

tanquam de unico intento ab agente, non autem tanquam si duo intentia, quorum unum propter aliud intendatur, contra quem sensum procedit objectio. *Hactenus Ferrara. Ergo si quis utatur cibo propter cibi delectationem eo modo, quo ludo propter ejus delectationem, secundum D. Thomam, delectatio, & operatio comedendi considerabuntur tanquam unum bonum, non tanquam duo, & per consequens nulla erit inordinatio, eo quod in hoc modo tendendi, non considerentur tanquam duo intentia, & ideo operatio non ordinatur ad delectationem, tanquam ad finem, licet quis verè comedat, seu ludat propter delectationem, quæ in comestione, & ludo reperitur.

16. Inò plus aliquis contendere posset ex doctrina D. Thomæ in 2. *dist. 40. art. 5.* ubi ait: *Ad virtutem pertinet non solum intendere bonum animæ, sed etiam corporis, in quantum non est contrarium bono animæ, & rationis. *Ex quo principio M. Texeda tom. 1. *Theolog. mor. lib. 2. tract. 3. contr. 9. num. 19.* & 20. efficaciter probat, exire in agrum, vel ambulare propter ipsam delectationem, esse actus bonos. *Quare, inquit, dicendum est, actus illos, qui licet non sint necessarii ad conservationem naturæ, tamen sunt commodi ad recreandum illam, cum quadam delectatione, sine ulla necessitate, aut utilitate debita, esse moraliter bonos, quia bonum est proficere, & repellere, quæ naturæ sunt nociva, & querere & amplecti, quæ illam juvare possunt, &c. Unde (inquit) non requiritur ad bonitatem horum actuum, ut fiant causa alicujus virtutis certæ, sed sufficit, quod fiant gratia ejus, quod est naturæ commodum, ut vitandi ejus quod naturæ solet præjudicare, hujusmodi enim finis naturæ congruit. *Si ergo ambulare, seu ludere propter delectationem harum operationum, non necessarii non sunt ad conservationem naturæ, sed tantum commode ad illam recreandam, pertinet ad virtutem, cur comedere propter delectationem hujus actus, qui ad conservationem naturæ est necessarius, peccati damnandum est? Cur, si non virtuosum; opus saltem indifferens non erit?

17. Asserere ego non audeo, esse actum virtutis, licet ex prædictis à M. Texeda non leviter inferri videatur, & negare id non possit Joannes Sanchez in *selectis*, *dist. 23. num. 25. §. Si autem quis*. Ubi probat, esse actum virtutis in conjugatis copulam propter ejus delectationem exercere. Cujus rationem reddit: *Quia operans propter delectationem, operatur simul ob honestum finem ex parte operis, licet ex parte sua, id est operantis, operetur propter finem delectabilem. *Quod alii suadere conantur ex eo, quod non est dissonum rationi, velle delectationem annexam copulæ conjugali, quæ ex se est actus iustitiæ; delectatio enim carnalis ex se verè est licita, sicut & actus conjugii. Et alunde eo quod quis operetur propter ejusmodi delectationem, non deducitur, quod operetur absque fine virtutis; quia cum finem (inquit) ipsius operis non excludat, alterius boni temporalis consecutio, reputari debet non tam finis operis, quam motivum & excitativum illius. Quibus faciunt Cajet. Covarr. Gutierrez, & alii apud Palaum tom. 5. de *marr. dist. 1. punct. 10.* & *dist. 3. punct. 3.* asserentes, regulariter nullum peccatum committere contrahentem ob uxoris dotem, & pulchritudinem, & tamen hic non est finis, ad quem ordinatur matrimonium; nec vitatur ex eo actus, quia finis iste, ut ipsi ajunt, est indifferens, & non excluditur alius intrinsecus, & bonus matrimonii. Ergo

T

licet

licet delectatio operationis sit finis operantis in usu cibi, & potus; cum hic indifferens sit, & non excludatur finis intrinsecus operis, nempe conservatio individui, non erit cur, si non virtutis, saltem indifferens actus non sit: sicut de actu audiendi musicam propter delectationem philosophandum est: quorum finis intrinsecus non est delectatio, cum operatio non sit propter delectationem, sed e contra, ut tradit D. Thomas supra. Sicut ergo in his, & similibus, in versio illa medii, & finis non sufficit constituere venialem culpam; simò nec ad extrahendum ab actu virtutis, ut vult T. exedat ita nec in operationibus gustus.

18. Ideò, de licitis tactus delectationibus loquens, ita expressè tenet Joannes Pontius ubi supra per hæc verba: *Dices cum I. Amberto, quando in exercendo actu ex se bono, & licito, ordo & deb. tus subvertitur, & solum, vel saltem primo intenditur, quod est ei annexum, non autem bonum ejus, & finis; tunc committitur peccatum aliquod, saltem veniale, &c. Respondeo primo negando voluptatem non esse finem aliquem copulæ maritalis Respondeo secundo negando majorem, quando non tenetur quis intendere finem principalem ipsius, nec prohibetur ipsi illud, quod est annexum, nec ullus est actus, qui non possit haberi ob motivum quodcumque non prohibitum, absque peccato. Non tenetur autem conjugatus hic, & nunc intendere generationem proles, nec prohibetur ipsi agere ob delectationem aliâ non prohibitam, qualis est delectatio orta ex copula maritali per se: ergo non inordinatè, nec peccaminosè agit. *Sic ille de voluptatibus licitis tactus, quæ potiori jure de gustus delectationibus procedunt.

19. An verò comedere absque necessitate pertineat ad vitium gulæ? Negant Joannes Major, & Joannes Sanchez ubi supra. Sed contraria sententia est tenenda, ut potè expressè D. Augustinus tom. 10. serm. 4. in die animarum. Ubi sic ait: *Quoties aliquis in cibo, & potu plus accipit, quam necesse est, ad minuta peccata pertinere noverit. *Quem sequitur D. Thom. 1. 2. quæst. 148. art. 1. ad 2. Quia sicut transcendit regulam rationis, qui immoderatam delectationem querit, & intendit, in cibo moderato, ita & qui cibum immoderatum, id est, plusquam convenit sustentationi naturæ, & bonæ habitudini hominis: ut ipse inquit supra quæst. 4. de Mayo, art. 1. in corpore.

20. Numquam vero miscebitur peccatum mortale, (ut cum D. Thom. 2. 2. loco supra, & quæst. 14. de Malo, art. 2. docent communiter Doctores) nisi quis ponat ultimum finem in cibo, & potu: hoc est, paratus sit, præceptum divinum, aut humanum transgredi ad fruendum delectatione cibi: aut prævideat, cibum præ quantitate, aut qualitate, grave damnum salutis propriæ, aut alienæ allaturum. In reliquis autem casibus, culpam venialem non excedit, ut docet Cajetanus in Sum. verb. Gula, ibi: *Tunc solum est peccatum mortale, quando delectationem cibi habet quis pro ultimo fine, &c. frequenter autem est veniale, & quandoque valdè grave (intra limites venialis) ut cum delectatio cibi allicit ad comedendum ad vomitum; & similiter cum inducit ad alia peccata, puta ad nimium sumptum, vel ad nocendum propriæ salutis, quæ secundum se judicanda quantè sunt. *Sic Cajetanus, quem sequitur in Manual. cap. 23. num. 125. & 127. ibi: *Si puto su ultimo finem comere, & beber, & por esso transpaso, & tuvo voluntad de traspassar algun precepto como si por

esso hurred, & no ayundo, morra. Y de otro modo hasta vomitar, aun advirtiendo, que vomitaré tanto comiessse. Y aun con intencion de vomitar provecho, ni danno notable de la salud por lo dicho como lo siente Cajetano. Diximos ya primeramente (attende) por que comer algo, & mucho a conseque Medico para vomitar por salud, virtud etc. y no pecado. *Sic ille, & cum illo M. Petrus de Leden in Sum. part. 2. tract. 27. cap. 3. de Gula, & alii apud V. delum disp. 28. num. 11.

Q V AESTIO IV.

Au qui sollicitat feminam sine intentione executionis, ob solam ostentationem amoris, sciens certo, illam minus ad assensum eliciendam, quam ad scandalum afferendam, delinquat mortaliter?

S. I.

Quid de ejusmodi verbis sentiant Auctores?

1. **E**X triplici capite provenire potest malum verborum turpius, vel ex delectatione turpi, quæ in profertente excitatur; vel ex turpitudine ipsius intrinseco, ad quem ex se, aut ab extrinseco, quem alio quente referuntur, vel ex turpitudine proximi, cui scandalum afferunt, & ad peccatum provocant. Unde apparet, quod si in calumnia verba, quæ communiter, sollicitationis, dicuntur, & nullo ex his capitibus malitiam mortalem subeant, difficile valdè erit, rationem aliquam evidentem invenire, quæ opinio ejusmodi verba excusanda à lethali improbabilitatis nota affici possit.

2. Igitur cum verba turpia, & inhonestas turpia, rationem sollicitationis, & inducunt ad peccandum, aut remotè, aut proximè inducunt peccatum, quam nam ex his, in casu contingenti, committant, ex circumstantiis judicandum erit. Quod item verba turpia ex se, & ex fine intrinseco, mortalia sunt lethalia tradit Angelicus Doctor 2. 2. quæst. 168. artic. 3. Quem exponens Cajetanus ibi, sic ait:

*Author exponit se ipsum, subjungendo illam determinationem restrictivam, scilicet, quæ de his peccata mortalia, ita quod non dicat, quandoquidem turpibus verbis, vel factis absolute; sed cum restrictione subjuncta, quæ de se sunt peccata mortalia. *Cujus rationem reddit infra, dicens: *Apostolus enim non replicavit ad Ephes. 5. inter peccata continentia à Regno celorum, turpiloquium, cum tamen illud inter alia connumerasset tunc peccata.

*Sic Cajetanus ibi, & quæst. 148. art. 6. in fine. 3. Jam quando ex se sunt mortalia, & quando non? Hoc opus, P. Thom. Sanchez lib. 3. de Matrimonio, cap. 23. num. 125. & 127. ibi: *Cajetanus ait, verba sola sunt mortalia, si nil aliud intendatur præter delectationem ex ipsis contingentibus

Eandem sententiam tenet Philarcus, & videtur amplecti Alcozer. Inferius verò num. 33. ex proprio penitus respondet: Turpia loqui ex quadam levitate, non gratia delectationis venereæ captandæ, sed cupidam vani solatii, ob delectationem artificii, vel ob aliam vanam causam, est tantum veniale: quia non apparet aliqua gravis inordinatio; nec finis intentus, ex cuius malitia est metiendâ culpa, excedit limites ventralis culpæ; & in hoc sensu est vera sententia num. 32. proposita. Et ita docet D. Antoninus 2. p. tit. 5. cap. 1. §. 8. Navarr. in Sum. Latina cap. 16. n. 1. & cap. 14. n. 42. vers. 18. Gratius 1. p. de cession. lib. 2. cap. 75. Idem sentiunt Corduba, Arnilla, Saycus, & alii, quos cum Cajetano, & D. Antonino citat, & sequitur Salas 2. 2. tom. 2. quest. 74. tract. 13. disp. 6. sect. 14. nu. 162. dicens: Turpia loqui ex scurrilitate, vanitate, vel levitate, vel ad ostentationem ingenii, aut ad delectandum curiosum auditorem, aut ad alium similem finem, qui non sit peccatum mortale, licet sit peccatum veniale, non tamen est mortale per se, & secluso scandalo, & periculo. Idem quæ est de auditione rerum turpium. Ita sentiunt Cajetanus, &c. Quando autem verba turpia sunt mortalia; explicat Sanchez conclus. 3. nu. 39. ibi: Dicere turpia ob notabilem rei turpis delectationem cogitare, quæ cogitatio excitatur, & fovetur verbis illis, est mortale, &c. Et in hoc casu verificatur, quod ait D. Thom. 2. 2. quest. 168. art. 3. nimitum, utentem in ludo turpibus verbis, vel factis, quæ de se sunt lethalia, peccati mortalis reum esse. Ubi Cajetanus addit, non dixisse absolute, utentem verbis, aut factis turpibus, sed cum addito, quæ de se sunt lethalia, ut significet, non semper id lethale esse, nisi aliunde adiungatur mortalis malitia. Hæc Sanchez. Et sic explicat D. Thomam, Salas supra n. 163. dicens: Respondeo, non esse sensum D. Thomæ, quod verba turpia, secundum speciem suam substantialem, sunt peccata mortalia, sed ex specie accidentali, quatenus graviter provocant ad mortale, & idè sunt in grave detrimentum animæ. Ita Cajetanus ibi, licet minus clare. Et Lefsius lib. 4. cap. 3. dub. 8. n. 63. Si turpilquium fiat animo se oblectandi rebus ipsis narratis, &c. est peccatum mortiferum, sicut ipsa delectatio morosa, cuius causa fit. Similiter si animo excitandi se, vel alios ad turpia, vel cum periculo in illa consentiendi, etiam si animus iste desit: si verò solum fiat ob voluptatem, quæ præcisè ex ipsa narratione capitur, absque ulteriori intentione, est peccatum veniale, ut docet Tolemus in Sum. lib. 5. cap. 14.

4. Itaque gravis malitia verborum turpium desumitur, secundum hos Doctores, ex fine venereæ rei turpis cogitationis delectationis, sive in proferente, sive in audiente procuratæ, vel cum periculo consentiendi in illam. Unde si proferens neque in se, neque in alios eam delectationem intendet, nec operis executionem & omni periculo, tam consensus, quam perversionis cessante, ob solum vanam amoris ostentationem verba illa, quæ sollicitationem sonant, proferret: difficile de culpa lethali redargui poterit.

5. Propter hæc forsitan Eminenti. Cajetanus, ut formine invitationem ad fornicationem, vel adulterium, culpa mortalis dampnaret, ad delectationem sibi, aut aliis intentam recurrit, dicens: Sunt turpia verba de se mortalia invitatoria verba ad mortalem lasciviam: nam si quis, ut aliis delectationem ingerat, mulierem invitet ad adulterium, aut fornicationem, tam locus quam ludus, peccatum mortale esset. Quasi diceret, sunt mortalia invitatoria verba, aut

quia proferens intendit mortalem lasciviam, ad quam invitat, vel delectationem veneream rei turpis cogitare, aut si hanc sibi non intendit, illa saltem proferat, ut aliis delectationem huiusmodi ingerat. Si enim verba illa invitatoria dicere, sufficeret ad peccatum grave, frustra adderet limitationem illam, ut aliis delectationem ingerat, quia licet nec sibi, nec aliis intendisset, peccaret mortaliter. Quod evidens signum est, Cajetanum sentire, si nec sibi, nec aliis delectationem veneream quis intendat, sed illa verba proferat ad vanum ostentandum amorem, & nullum periculum scandali timeat, invitatoria verba peccatum lethale non esse.

6. Quapropter Machado tom. 1. lib. 2. p. 3. tract. 18. docum. 12. n. 5. de verbis turpibus loquens, hanc conclusionem, ut inter Doctores communem, statuit. Acero de las palabras des honestas dichas con liviandad, sin otro mal fin dè peligro de consentir en algun mal pensamiento, commumente ensennan los Doctores por regla general, que no exceden de culpa venial. Et in margine citat, ultra alios, Magistrum Candidum disquisit. 11. art. 1. num. 4. Idem quæ ante illum docuit Villalobos in Sum. tract. 40. tom. 2. diff. 9. n. 12. fol. mibi 759. ibi: Las palabras des honestas commumente son pecado venial, quando cessa el mal fin, y el peligro de pecar mortalmente: assi lo tiene Cajetano. Verdad es, que podrian ser pecado mortal por razon del escandalo, lo qual seria, si las mugeres las dixessen a los hombres, y tambien serian pecado mortal, quando en ellas huviesse notable delectacion del pensamiento de la cosa torpe, que se excita, y aumenta con aquellas palabras: assi lo tiene Navarro, Thom. Sanchez, y otros.

7. Quibus consonant Verricelli tom. 1. tract. 4. quest. 4. ubi de verbis turpibus loquens, ait. Totam malitiam habent a fine extrinseco, ad quem ab actu interno libidinoso ordinantur. & Doctor D. Franciscus Verde in defensione Caramuelis quest. 4. de Delectatione, §. 13. fol. 34. Dicere, & audire illa verba, in se non est peccatum mortale, quod intelligo remoto scandalo, & periculo consensus.

8. Faciunt ad hæc Doctores asserentes, verba inductiva ad peccatum solum habere malitiam contra charitatem. Putant enim (seclusa delectatione venereæ proferentis) idè esse mala, quia alteri præbent occasionem ruinæ spiritualis. Sic Salas 1. 2. tom. 2. quest. 73. tract. 13. disp. sect. 15. n. 134. ubi ait: Dubitabis, an inducere ad fornicationem (nempe cum alio) non solum sit peccatum scandali, sed etiam contra castitatem. Respondeo negativè, quia temperantia, cuius pars est castitas, non est ad alium, sed ad se ipsum, &c. Ergo inducere alterum ad fornicationem non est contra temperantiam. Sic ille. Quem sequitur Caramuel in Regula D. Benedicti, disp. 66. nu. 986. ibi: Monachus, qui persuasionem concurret, ut alius vadat ad concubinam, peccavit quidem mortaliter, sed non contra suum votum castitatis, &c. imò neque contra sextum præceptum Decalogi, sed contra quintum: fuit enim illis scandalo, & occasione, ut peccarent contra sextum. Præterea in hoc scandalo, seu suasionem nulla voluptas sensualis reperitur, nulla venerea delectatio, neque in hanc assensus, sed solum reperitur malitia voluntatis animam alterius occidentis, & hoc est contra quintum. Ex quibus patet, quod, secundum hanc opinionem, in verbis invitatoris ad actum fornicationis, seclusa voluptate venereæ invitantis, & pravo fine fornicationis, vel alterius speciei luxuriæ, solum reperitur ma-

litia mortalis scandali, ratione ruinæ spiritualis proximi, quam causant. Unde si in aliquo casu particulari hæc etiam malitia scandali deficiat, nulla remanebit mortalis. Hæc autem in præfenti casu manifestè deficit: quia supponimus, eum, qui scēminam absque intentione ad fornicationem invitat, certum esse, minime ad assensum alliciendam, & nullatenus ad scandalum afferendam. Ergo inductio illa materialis malitiam contra charitatem non continet, nec contra quintum Decalogi præceptum, ut probavi, nec contra sextum, ut tradit Caramuel *suprà*. Ergo nullam graviter virtuti oppositam.

9. Hæc pars non leviter suaderetur ex communi Theologorum, asserentium, actiones peccaminosas coram aliis factas, non induere malitiam scandali, quando audientes, vel videntes, ea virtute pollent, aut adeo pravis moribus sunt imbuti, ut nec ruinam, nec ejus periculum, earum occasione subeant. Sic ex communi Doctorum Machado *tom. 1. libr. 2. p. 2. tract. 6. docum. 14. num. 2. ubi*: *La primera regla, que porcierta enseñan los Doctores, es, que nunca se comete pecado de escándalo, sino es que con efecto succeda la ruina espiritual del proximo, ó probablemense se crea, que ha de suceder. De adonde inferen comúnmente, que los que pecan delante de otros, se escusan del pecado del escándalo, quando ellos son tan buenos, que de ninguna manera se mueven a pecar, por ver pecados ajenos, ó son tan perdidos, que los pecados ajenos tampoco los inmudarán. *Sic Machado, & ante illum plures, quos sequitur Diana *p. 5. tract. 7. resoluit. 3.* ubi sic ait: *An peccantes coram aliis excusentur aliquando à peccato mortali? Respondet, plures coram aliis peccantes excusari à peccato scandali, vel quia videntes ita sunt in bono stabiles; ut nullo modo peccatis visis, censeantur ad peccatum moveri, vel ita suat deperditi, ut peccatum aliorum nil illos immutet. Ita Salas, Sanchez, Alphonsus de Leon, Castro Palas, &c. *Cum ergo scēmina quoad speciem sollicitata, de qua loquimur, eam in bono stabilitatem habeat, ut nullo modo verba inductiva ad peccatum illam movere censeantur, non videtur apparere caput, unde eorum prolatio formalis sollicitatio dicenda sit, & non potius valde materialis, cum nulla inficiatur malitia scandali. Ergo cum aliunde in proferente nulla sit voluntas venerea, nulla rei turpis executio intendatur, nullusque graviter peccaminosis finis verba inficiat, siquidem solum ob vanitatem, seu ostentandum scēminæ vanum amorem proferantur, non erit, cur malitiæ mortalis condemnanda sint.

10. Ideo hanc opinionem singularem primus, quem sciam, tenuit Navarrus, quem citatum sequitur M. Ludovicus Lopez *p. 2. Instructorii, capit. 38. §. De casu, folio mihi 135.* ubi sic scribit: *De casu satis dubio queritur apud Navarrum, utrum fuit occasio mortalis, quam gravis quidam vir præbuit cuidam honoratæ scēminæ, quando sine malo animo, urbano sermone, illi dixit: Vis, ut in eodem lecto, dō domina, nos metiamur? & puro cum Navarro, hanc occasionem non esse mortalem, quia licet hæc verba per se ad peccatum mortale dirigantur, tamen attenta qualitate personarum, modo dicendi, & carentia mali animi, & mali finis, non est occasio mortalis. Sicut nec illa, propter eandem rationem, quam quidam magnates Hispaniæ sibi mutuo præbuerunt: dum alter alteram super mulam suam retro se ferret, dixit transeundo cum suo comitatu, per locum secretum aulice loquens: Qualis locus erat hic domina, si tu alia fuisses. At illa respondit: erat quidem aptus, si tu alius

fuisses: impotentie eum insinuando. Sic Navarrus. *Hæc M. Lopez, quem cum limitatione subsequenda, sequitur Antonius de Escobar *in summa, tract. exam. 8. cap. 3. nu. 89.* ubi ait: *Non peccate mortalis, ob solam ostentationem amoris, si scēmina illam minime ad assensum alliciendam, & tametsi naturæ libidinis sit, qui sollicitat, tantaque jam natura circa libidinem labore, ut nullatenus scēmina ad scandalum afferenda sit.*

§. II.

Judicium Auctoris.

11. Ceterum cum verba de se, & ex sua natura inductiva ad culpam gravem, malitiam, quam inducunt, continent, nihil aliunde excommittantur, ad aliud significandum, extra hanc, ut mox, contrarium omnino tenendum, nisi colat, quod audientes ratione circumstantiarum, aliud, quod onant, intelligant; quod evenire posse non est dubium, cum ex impositione hominum significetur, de proinde quando vel ratione subjecti proferentur, vel occasione, in qua dicuntur, significationem aliam audienti notam inducere possint, solum materialiter inductiva erunt, & sollicitationis rationem non continentur, & ideo tunc à gravi noxa immunitatem possumus. Aliter vero non auderem à culpâ præfata verba excusare, seculo etiam periculo, quod delectationis in se, & in alio excitandæ, quam rursus spiritualis audientis. Et in hoc sensu vera est opinio Navarri, & Ludovici Lopez, quibus confidam. *Bar ubi suprà.*

DISPUTATIO TERTIA

De Homicidio.

QVÆSTIO I.

An licitum sit, accusatorem falsum occidere: an etiam testem, & judicem? si oppressio innocentis aliter vitari non possit?

§. I.

Doctorum placita.

1. In hanc controversiam obiter incidit in *pro Iesuistis, tract. de Instit. Prop. 1. num. 4.* in parte affirmativa, quoad accusatorem falsum, adduxi Magistrum Bannez *2. 2. quæst. 64. art. 7. ubi* inquit: *An habeat rationem delectationis, si quis occidat eum, qui vadit ad judicem, ut innat falsum testimonium, propter quod erit occidendus, vel infamandus, vel amissurus bono temporali? Respondet: Similiter dico, quod si ille, qui vadit ad judicem, fuerit admonitus, & noluerit retro cedere,